



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

69 Fœdere & societatem non temere cum quibusuis inire, nec temerè
semelfacta fœdera violare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

tius, qui paulo ante Galliam hæreticorum dominari in signi virtute liberarat. Haud dum lapsus erat ab hoc facinore septimus mensis, cum à quodam F. Clemente non dissimili dolo Rex necatur. Nam cum nonnullas litteras Regi legendas dedisset, fingens se alias quærere, cultrum promit, & capulo tenus in ventrem Regis adigit, adactumque in vulnere reliquit, atque ita eadem fraude, quam alij parauerat, paulo post Rex occubuit, nullis relictis liberis; ac ne quidem agnatis, delata in alienam familiam Gallorum Monarchia. Hæc ex Annalibus Ianfonij. Discant hinc Principes & Magistratus, Deum etiam in hac vita, (vt Gregoras monet) *sape iusta mensura facinora pensare solere, vt illustribus documentis mortales erudiantur, hęc terreantur, qui vindicta Numinis, omnia perspicentis, pra suis cupiditatibus negligunt.* Vide P. Becanum de fide hostibus seruanda, & libellum meum Germanicum de officio hominis Catholici inter hæreticos viuentis.

Vide Theatrum hist.

SIGNVM LXIX.

FOEDERA ET SOCIETATEM NON temerè cum quibusvis inire, nec temerè semel salt a foedera mutare, aut violare.

Rationes foedera improbantur sunt. 1. Vbi plures Principes, qui se pares existimant, foedere & societate coniunguntur, facile inter ipsos suspensiones & controuersie oriuntur: vnde fit, vt res magnæ spe incerta in difficultates multas incidant, & tandem euanescant. (Guicciard. lib. 7. hist.) 2. Socij & confœderari nonarum rerum

M. Iun. in
quæst. P. q. l.

molitionibus student, propter vel metum potestatis vicinorum, vel emolumentum ac commodum socij quibus nolentes volentes foederati ac socij implicentur. (*Thucyd. lib. 2. in Orat. Corcyrae.*)
 Opes leuiorum ita exhauriuntur: quandoquidem ingenti mercede societates & foedera parantur, non minoribus sumptibus aluntur, & conservantur. Nec semper est tutum foederati socijs credere. Qui enim his nimium fidunt, sepe se & suos perdunt. Sic apud Rom. sub vna foederis seruitutem plurimi sunt passi. (*Uen. lib. 18. dec. 33.*) & Iohannes Transylvaniae Principis Solymanni foedus & auxilium infeliciter contempsit. (*Iou. lib. 28.*)

Pro foederibus militant hae rationes. 1. ad bellum feliciter gerendum foedera & societates sunt necessariae: proinde considerandum, quoniam nam copiae iam sint paratae, aut paratis aduenire queant, qui socij & amici sint Reip. (*in Ist. lib. 1. cap. 5.*) Cicero docet: 3. *de leg.* Senatori necessarium esse, nosse Reip. & quibus socijs, amicis, stipendiarijs illa utatur. 2. augent gloriam & potentiam nostram. (*Thucyd. lib. 1. in Orat. Corcyrae.*) Communibus, ijsque potentibus hostibus nulla ratione commodiore, quam societatum foederibus occurri potest. (*Ibid.*) 3. Natura ipsa societates & auxilia communia conquirere edocet: quandoquidem homini duplices manus socias aures, oculos geminos tribuit, ut robustius perageretur officium, quod duorum societate complendum fuit. (*Cassiod. lib. 3. epist.*) Quis est tam validum aut potens, quod amicorum copias simul iunctas, opes copulatas, manus socias vincere, aut dissolvere possit? Demost. *Orat.*
 in 116

in Philip. 3. Πόδας ἔγωγε πλεονάζωμαι συμμάχους, φίλους, εὐτοίμους. Urbis opes esse existimo, socios, fidem, benevolentiam.

Carolus V. statim initio Imperij, & ipso aetatis flore totum se dedit amicitiae Regis Gallorum Francisci I. qui tum temporis recens ad imperium euectus erat. Hinc se ad Angliam, Lusitaniam, Hungariam, Daniam, Poloniae Regum amicitias & foedera inuicem composuit. Emanueli enim Lusitaniae, secundisque nuptijs Francisco I. iam dicto, Eleonoram; Christierno Daniae, Norvegiae, Sueciae, Isbellam; Ludouico, Pannoniae Bohemiaeque Regi, Mariam, sorores suas matrimonio collocauit. Ferdinando autem fratri Annam praedicti Ludouici Regis sororem, (qua affinitate duo illa regna acquisiuit) sibi uero Isbellam Lusitaniae Regis filiam despexit. Quibus affinitatibus & foederibus ad tantum amplitudinis & potentiae gradum euectus fuit, ut non solum subditos in officio contineret, uerum etiam vicinorum hostiam & barbarorum impetus & conatus adeo comprimeret ac frangeret, ut immanis ille Christiani nominis hostis, tanquam Numen quoddam, uel Naturae miraculum Carolum & formidaret, & reuereretur. Recte ergo Patrocles Xenophonaeus lib. 6. uer. Graec. dixit: Oportere homines, dum maxime uiribus florent, ea acquirere, quae illis quandoque uisui esse ualeant, ut cum necessitas ingruerit, paratum, quod refugiant, praesidium habeant.

Parandi autem sunt socii. Qui non mediocri ualeant potentia, & in proximo habitent. Notum enim est illud prouerb. Procul qui habitant amici, non amici. (Arist. Rhet. c. vlt.) & Hadrianus

Be s Imp.

Imp. rectè dicebat, in caducum parietem non esse inclinandum. 2. non multi, sed pauci, ijsq; potentes, & constantes; non ventosi, & leues. Arid. 2. Eth. c. 7. *Perfecta*, ait, cum multis amicis non intercedere potest. 3. qui eadem Politicæ formæ religione viuunt. Raban. *Non possunt inter eos se iura pacis, inter quos est bellum fidei.* S. Ambros. 3. de Offic. *Qui fieri potest, vt homini sit amicus, qui Deo fuerit insidus?* Deus per Prophetas & Vniuersos facta cum impijs fœdera minus probat, & habent plerumque exitus parum sanctos & iustos, imò cum infid. & hæreticis inire societates veritū est. Exod. 34. & Deut. 7. Christus ait, Mat. 18. *Si Ecclesiā,* & c. 4. Qui paribus legibus & conditionibus nobiscū socientur. Non enim erit societas leonina, vt cōmodum omne ad vnum accedat. Thucyd. 3. *hist.* Mutui metus æqualitas societatem fidelē facit, firmamq; conseruat. Si inæqualibus conditionibus, vt iure clientelæ, in amicis potentioris Resp. aliqua veniat, timendum est, p. Dominū potius, quàm sociū sit habitura, nisi certis temporū interuallis fœdus sit definitum, (vt perpetuum.) & Resp. in protectionis litterarum Maiestatis excipiat, & protectoris militum sua vrbe munienda & occupanda excludat. Rob. enim Brutus Tribun. pleb. dixit: *Vnam esse inimicum aduersus potentiores securitatis causam, vt potentes, si nocere velint, non possint.* Liu. lib. 9.

Cum infidelibus & hæreticis non expedit fœdus inire: quia societas talium fœderum non est diuturna, propterea quòd minus est fida, (scilicet fidem frangit.) Nam, vt Ioan. Salesbertensis, Episc. Carnot. inquit: *Quo modo seruabitur fœdus*

dam, qui primam fidem irritam fecit? Nec amicitia est firma, aut libertas tuta, vbi ammorum exultat conuictio. (Polykrat. lib. 6.) Accedit quod miles, suapte ingenio parum religiosus, frequenti hæreticorum contubernio excutit religionem.

i. Hinc Carolus, cognomento simplicem Fræcorum Regem reprehendit Fulco Rhemensis Ecclesie Præsul, quod fœdus cum Nortmannis ferire veller. Premebatur Carolus potentia Odonis Comitis Parisiensis, cum quo varia bella gesserat, deque regno diu decertarat. Viribus ad extremum destituitur, nulla salutis spes allucet, nisi à Nortmannis, qui tum temporis Gallias, ac potius Christianismum fortiter debellabant. His se iungere certis conditionibus prærat Carolus, vt ne ab Odone competitore regno exigatur. Fulco Regem acriter dehortatur, ne faciat: Quis, inquit, qui vobis, sicut oportet, fidelis est, non expauescat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Christiani pagana arma ac fœdera detestanda suscipere? Nihil enim distat, vtrum quis se paganis societ, an, abnegato Deo, idola adoret. Nam si, vt ait Apostolus, bonos mores colloquia praua corrumpunt; quanto magis corrumpitur castitas animæ Christianæ inimicorum ex consilijs & societate? Neque enim poterit non imitari quod assidue viderit, quin potius assuescet paulatim, & quasi vinculo malæ consuetudinis trahetur ad facinus. Certè progenitores vestri Reges, deposito gentilitio errore, diuino cultui sese humiliter subdiderunt, & à DEO semper auxilium expetierunt, propter quod & feliciter regna-

regnauerunt, & Regni hereditatem ad suos posterios transmiserunt. Vos contra nunc Deum relinquitis, (dicam certè, licet nolens, quia Deum relinquitis, cum vos eius hostibus sociatis.) Vide & meritò Prophetica illa vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem Israël similia facit: (2. Par. 19. Ios. 9.) *Quia improprie præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, & inimicitia iungis, idcirco iram Domini mereris.* Et certè cum deberetis malis præteritis terminum ponere, & rapinis & depredationibus pauperum renuntiare, & pro his omnibus penitentiam agere, nunc ad maiorem iram Dei prouocandam hæc, cui Deum ignorant, & in sua feritate confidunt, coniungitis. *Credite mihi, quia sic agendo, non ad Regnum peruenietis, imò velociter disperdetis.* Deus, quem sic irritatis. Hæc Fulco. Vtinam hoc notarent Calvinistæ cum Turca Christiani nominis hereditario hoste societatem ineuntes, & perpetuam ex ea infamiam sibi accipientes.

2. *Ioannes Palæologus Imp. Orientis, bellis conflictatus, per plerosque Græciæ Principes, cum Amurate I. confederationem iniit, qua ex reditum ad ipsam Europam illi aperuit, simulque Græciæ toti cladem longè maximam importauit.* Nam audacia Principum repressa, Turcæ in orbem Græciæ præsidio remansere, & insuper captus Amurates regionis amœnitate, oculos ad Europam adiecit, in quam cum LX. millibus hominum penetrans, Philippopolim, dein Adrianopolim, aliasque vrbes loci ingenio munitissimas occupauit. Licet, ait ille, ad infidelium societatem se conferre, & societatem cum ijs contrahere, cum contra infideles, non cum contra fideles.

les, eorum auxilia aduocantur. Sic Iudas i. *Mach.*
 8. pepigit fœdus cum populo Rom. & Ionathas
 i. *Mach.* ii. cum Demetrio.

Cùm autem contentiones & controuersie in-
 cidunt inter fœderatos, non illicò ad arma per-
 ueniendum; sed hæ componendæ, & dirimendæ
 sunt iudicijs. Cauendum verò, ne quis ante iudi-
 cium de possessione deiiciatur, (*Thuc. lib. i.*) &
 cogitandum: Quidquid ex multis partibus con-
 stat, ita natura comparatum esse, vt aliqua pars
 laboret, quæ non illicò refecanda, aut expellen-
 da est: quia ita reliquũ corpus aspectu turpe red-
 ditur, & totum breui interit. (*Dion. Hal. lib. 8.*) Sã-
 ciuntur & confirmantur fœdera iureiurando,
 cuius violati vltor & iudex solet esse ipse Deus,
 vt signo præcedenti probatum est. Denique non
 licet inire societatem cum apertis Tyrannis, ne
 eorum foueatur iniquitas: (*Liu. lib. 4. dec. 4. nũ.*
 14.) nec cum ijs, qui causam iniustam agunt, ne
 iniustitia defendatur. (*Polyb. lib. 3. num. 14.*)

SIGNVM LXX.

FORTITVDINE ARMATVM ESSE. *Fortem*

1. *A*lphonſus Aragonum Rex, ob magnas inspe-
 ratasque victorias nunquam omnino mu-
 tatus dicitur, imò ei in omni fortuna vultus idẽ,
 idem habitus, sermo idem fuit. *Panor. lib. 4.*
2. *A*thilus Suecorum Rex Roluonem P. è Dania
 reducem splendido conuiuio exceperat, in quo
 cum varius sermo incidisset, rogatus Rex quæ
 virtus Regiam dignitatem magis ornaret, respõ-
 dit: *Liberalitatem Regibus & Principibus summum*
præsta-